

- A** stus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub utraq; specie panis & uini hoc uenerabile sacramentum, tamen hoc non obstante, sacrorum canonum auctoritas laudabilis & approbata consuetudo ecclesiæ seruauit, & seruat, q̄ huiusmodi sacramentum non debet cõfici post cœnam, neq; à fidelib⁹ recipi nõ ieiunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis, à iure uel ecclesiã cõcesso uel admisso. Et sicut hæc cõsuetudo ad euitandũ aliqua picula et scãdala est rõnabiliter introducta, & licet in primitiua ecclesiã huiõdĩ sacramentũ recipetur à fidelibus sub utraq; specie, postea à cõficiẽtibus sub utraq; & à laicis tm̄modo sub specie panis suscipiat, cũ firmissime credendũ sit, & nullatenus dubitandũ, integrum Christi corpus et sanguinẽ tam sub specie panis, q̄ sub specie uini ueraciter contineri. Vnde cum huiusmodi consuetudo ab ecclesiã & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diutissime obseruata sit, habenda est pro lege, quã nõ licet reprobare, aut sine ecclesiã auctoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, q̄ hanc consuetudinem aut legem obseruare, sit sacrilegũ aut illicitum, censeri debet erroneum: & p̄tinaciter asserẽtes oppositum præmissos, tanq̄ hæretici arrendi sunt et grauiter puniendi per diocesanos locosq; seu officiales eorũ, aut inquisitores hæreticæ prauitatis in regnis seu prouincijs, in quibus contra hoc decretũ aliqd fuerit forsan attentatũ aut p̄sumptũ, iuxta canonicas & legitimas sanctiones, in fauorẽ catholicæ fidei cõtra hæreticos & eorũ fautores salubriter adinuẽtas.

¶ Quod nullus presbyter sub pœna excommunicationis communice populum sub utraq; specie panis & uini.

Item ipsa sancta synodus decernit & declarat sup ista materia, reuerendissimis in Christo patribus & dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, & eorũ in spiritualibus uicarijs ubilibet constitutis, processus esse dirigendos, in q̄bus eis cõmittatur, & mandet auctoritate huius sacri concilij sub pœna excommunicationis, ut effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedẽtes, q̄ communicãdo populum sub utraq; specie panis & uini exhortari fuerint, & sic faciendũ esse docuerint: & si ad pœnitentiam redierint, ad gremium ecclesiã suscipiant, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari. Qui uero ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint animo indurato, p̄ censuras ecclesiasticas per eos ut hæretici sunt coercendi, in uocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Quibus lectis, magister Ioannes de Scribanis, & magister Henricus de Piro promotores, petierunt rñderi per dños Imperatorem, cardinales, & cæteros p̄latos, an placeret. Præsident autem dñs Ostiensis rñdit nomine collegij cardinalium, placet. Similiter rex Romanorũ. Sic successiue reuerendissimi patres dñi episcopi Antonius Concordien. pro Italica, Stephanus Dolensis pro Gallicana, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, & Parritius Cartagiensis pro Anglicana, in ambone existentes responderunt, Placet.

¶ Sessio XIII. in qua Carolus de Malatestis renunciauit papatui nomine domini Gregorij XII.

A Nno à natiuitate domini M. CCCC. XV. apostolica sede uacante, regnanteq; serenissimo & inuictissimo principe domino Sigismundo Romanorũ Hungariæ & c. rege, regnorum suorum anno Hungariæ XXIX. Romanæ electiõnis quinto, coronationis uero primo, die autem Iouis quarta mensis Iulij, fuit tentata sessio generalis per sanctam synodum Constantiensem in ecclesiã cathedrali Cõstantien. supradicta, præsente ibidem dicto serenissimo dño Sigismundo Romanorum & Hungariæ & c. rege cum insignijs regalibus, & nobilibus sibi in his seruientibus, uidelicet dominis Lodouico comite Palatino Rheni in pomo sue mundo, Henrico duce Bauariæ in ense, Friderico burgrauio Nurnbergeni in scepro, & Andrea filio Sueualæ barone de Hungaria, in corona ministrantibus, cæterisq; principibus in numero copioso. Præsentibus ibidem reuerendissimis patribus Ioanne episcopo Ostiensis & Viuarien. cardinali, Angelo Lauden. Iordano de Vrfinis, cæterisq; cardinalibus,